



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Lazarus Conf. 23. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

rienti Christo commori , nec nisi sub vesperam redire in vitam visa est. Alias Crucifixo inhærens multa gemitibus rogabat, cùm è cruce Christus: *Quid vis misera? Illa, Nihil aliud præter te Domine.* Ignosce MARGARITA, avara nimium es aut verò dic, poterásne amplius exigere ? *Ex Ann. Minorum.*

Ecce qualiter manumittit , quali præmio honorat suam diabolus servitutem , ut mors simul & finiat vitam & inchoet pœnam? at qui Christo serviunt , illusâ morte , cum stipendiis sanctitatis perpetuum transferuntur ad vitam. S.Pet.Chrys.serm.ii 4.

S. L A Z A R U S C O N F . 23.Februarii.

Pictorem pingimus, utinam suis coloribus & tam bonis , quām bonis ille alios Divos depinxit! LAZARVS est, Monachus idem & Apelles, sed sanctior illo altero , ut qui non jam Veneres Cupidineſque (oculorum laqueos) sed VIRGINEM & in VIRGINIS ſinu VIRGINEM AMOREM , alioſque cæli indigetes animare penicillo ſolitus eſt, eoque studioliū, quōd ſub eadē tempora Theophilus Imp. ſublata ē medio omnia Divorum monumenta vellet, omnibusque pœnis in eos ſævieret , qui non conſpuerent hæc pedibusque calcent. Pugnabat ergo contra bárbarum furorem doctâ manu LAZARVS , & peniculo reparabat, quidquid ferro ille in templis vel deleverat, vel deformarat. Captus igitur & ultimis tormentis excarnificatus in ipſo tamen carcere tot trophæa de Theophilo poſuit, quot iconas Divorum (plurimæ erant) pinxit. Tunc enim verò excanduit ira tyrranus, ferroque & ipſo candenti patronas Divorum manus eō usque fœdum in modū aduulfit, dum exanime corpus dolori ſuccumberet. Neque

sic

Feb.
ram
ens
us:
ine.
erò
um.
rat
vi
llusâ
run
ii.
s &
de
llles,
eres
NEM
lios-
est,
neo-
mo-
ævi-
alca-
rem
bat,
, ve
entis
phæ
(plu-
it in
; Di-
ussit,
eque
sic

23. Feb. VITÆ SANTORVM. III
sicutamen afflictus manus vietas dedit LAZARVS,
sed precibus Imperatricis vitâ donatus continuo
in fano D. Baptiste ejusdem imaginem exornare
aggressus est. Idem in aliis templis, sublato è vivis
Theophilo, factitavit, felici semper manu, et si non
haberet jam manum. Ex Cyprian. & Zona.

Quicunque speciem animæ custodire desiderat, pec-
atum omne materiamque peccandi summo studio dere-
linquat. Quid enim sic fœdat mentem, Deiq; deformat
imaginem, quemadmodum sclera? Quot delicta, tot
maculae gestantur in anima. S. Laur. Just. de casto
Conn. c. 21.

B. NICOLAUS CONF. 23. Februarii.

Nesciunt, qui aras struunt ornantque, quām
propè absint ab eo, cui struunt, cui ornant.
At scire poterunt, si velint. Audierat jam vocan-
tem DEVM NICOLAVS, & monachum indutus
aram curabat, cùm Christus talem illi se objecit,
qualis inter Apostolos obambulare terras visus
est, & iteratò ad signa sua illis verbis invitavit:
NICOLAE sequere me. Nimirum erat hoc currenti
stimulos addere, contra quos toties hodie (cùm
DEVS à mundi uberibus avocat) ignavi cunctaro-
res calcitramus etiam. Nec adeò multum tempo-
ris abiit, cùm NICOLA facienti amicus Christus
non jam post cancellos, hoc est panis nubem, sed
qualem Angelorum oculis homines invidemus,
prospicere visus est; ut post tantos Numinis favo-
res minùs jam mirer familiarem NICOLAI cum
beatiss Alitibus consuetudinem; qui, cùm dæmon
malus Divum per fenestram jam jam in præceps
ageret, auxilio officiosi ad volarunt, terribiliumque
in geminos choros divisimanimarunt, mox etiam
oculis